

Pro certo mihi exquisitum et compertum<sup>b</sup> est O.<sup>1</sup> ducem Saxonie Romam profectum esse nec vero comitem Ecbertum<sup>2</sup> conventui illi, qui Glohlari<sup>c 3</sup> celebratus est, omnino interfuisse. Quamobrem per hæc quasi vestigia coniecture licet colligere plerosque rumusculos, qui nobis instillati sunt, de industria ab hemulis opositos emanasse, ut vos exturbatum et attonitum redderent. Sed vos per Deum oratus et obsecratus nolite his terriculis exanimari, nolite hac velut inimica larva expavescere, ut quicumque mortalium depositum illud imperii vobis aut blanditiis eliciat aut terroribus excutiat. Sed forte queritis, quid in tanta tempestate invidiæ faciendum sit? Profecto quod ille ait<sup>4</sup>: 'Tu ne cede malis, sed contra audentior ito'. Nec vero ociosam illam et exocupatam animi vestri libertatem sectemini, quin potius fidem famamque vestram tuemini, gravitatem constantiamque vestram servate, provide rei publicæ, que se vobis credidit, consulite ecclesiæ, Christi vineæ, vineæ Christi inquam consulite, quam iam non vulpecule<sup>d</sup> demoliuntur<sup>5</sup>, sed singulares fere<sup>6</sup> exterminare et depascere moliantur. Denique sic agite, ut mihi ducique B. abeuntibus vos acturum statuistis. Nos certe id, quod vobis polliciti sumus, prestare curabimus. Spiritus consilii et fortitudinis<sup>7</sup> asspiret vobis in omnibus.

## 8.

*Bischof G(unther von Bamberg) an Erzbischof S(iegfried) von Mainz: teilt ihm mit, daß ihm (von Honorius II.) das Pallium übersandt worden sei.*

*(1063 Januar—Februar.)*

*Cod. Paris. lat. 2903 fol. 48; außerdem im Codex Udalrici ed. ECCARD n. 203, ed. JAFFÉ n. 27 [U].*

Domno et patri reverentissimo<sup>a</sup> S. dignissimo sacrosanctæ<sup>b</sup> Moguntine sedis archipresuli G. licet indignus deditissimus<sup>c</sup> suus suffraganeus orationum et obsequii perpetuam devotionem.

7. b) *korr. aus comperitum c.*      c) *so c., wohl statt Gozlari oder Chozlari.*      d) *korr. aus vult pecule c.*

8. a) *venerando U.*      b) *sanctæ U.*      c) *fehlt U.*

<sup>1)</sup> *Ordulf. Seine Romreise hängt wohl mit der Sendung des Bischofs Bucco von Halberstadt zusammen.*      <sup>2)</sup> *Ekbert von Braunschweig.*

<sup>3)</sup> *Über den Goslarer Fürstentag vgl. oben S. 341 und 344.*      <sup>4)</sup> *Aeneis 6, 95.*      <sup>5)</sup> *Vgl. Cant. 2, 15.*      <sup>6)</sup> *Vgl. Ps. 79, 14.*      <sup>7)</sup> *Vgl. Is. 11, 2.*